

## **Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in  
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus  
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum  
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque  
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de**

**Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. LXXIII. Fulginaten. fideicommissi de Roncallis. An & quando filii in  
conditione positi censeantur vocati; Et incidenter de retentione quæ  
fideicommissario competit de bonis hæredis gravati pro ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](#)

descendentibus, & de sanguine, unde adeò non urgebat ratio absurdī, & inverisimilitudinis, & ramen adhuc Rota Florentina sentiit pro filiabus ultimi morientis contra amitam filiam immediatam, atque incertum est, an à dicto sensu recessum sit, multò igitur magis crevit apud me ratio dubitandi de resolutionibus editis in casu de quo in d. disc. preced.

Sep̄issimè verò in plerisque aliis casibus, vel consultus pro veritate, vel gerendo partes Advocati, pro una partium habui hunc articulum pr̄e manibus, atque agnovi stulticiā speciem videri regulam certam, & generale desuper statuere, cum revera sint quæstiones facti diversimodè decidenda, prout singulorum casuum particulares circumstantia exigant, quamvis dispositiones in verbis essent similes, ac penè identificæ.

## FULGINATEN. FIDEICOMMISSI DE RONCALLIS.

PRO

SORORIBUS DE RONCALLIS

CVM

HIERONYMO PATRUO

*Casus decisus per Rotam pro Sororibus.*

An & quando filii in conditione positi censeantur vocati; Et incidenter de retentione quæ fideicommissario competit de bonis hæreditis gravati pro reintegrazione fideicommissi.

SYMMARIVM.

- 1 Fæli series.
- 2 Resolutiones cause.
- 3 De regula ut filii in conditione positi non censeantur vocati.
- 4 Fallit ex conjecturis.
- 5 Quæ regula tenenda sit in conjecturis metiendis.
- 6 In statu Veneto receptum est pro regula ut filii in conditione positi censeantur vocati.
- 7 Ad effectum statutorum requiritur utraque subjectio personarum & bonorum.
- 8 Fallit in dispositionibus testamentariis in quibus statutum operatur etiam cum non subditis.
- 9 De conjecturis ubi filii vocantur ad portionem patrui.
- 10 De aliis conjecturis.
- 11 Fideicommissario datur retento bonorum gravati pro reintegrazione fideicommissi accidente tamen liquiditate debiti.
- 12 Quod necessaria non sit omnimoda liquiditas.

R Etentia eadem facti serie de qua supra in causa disc. 21. cum per A.C. judicatum decommisum ordinatum per Rodulphum datum esse soli filio superstite, exclusis nepti filio prædefinēto, unde proprieates fores dellallis cogenerant restituere bona quæ ex partibus patriorum defunctorum sine filio latenter in manibus, opposuerunt de eundem bonis retentione pro reintegrazione antiquioris fideicommissi Joannis Martini ejusdem Rodulphi parva quæ iste tenebatur, stance quod ejusdem Rodulphi filii tanquam in conditione possit vocari & consequenter quod de his bonis Rodulphus res gravatus disponere non poterit, responde fideicommisso gravare; Quare cum immo eiset causa in Rota coram Bevilaga datum sub diu in, An constaret de fideicommisso 10. Martii vorem filiorum in conditione postitorum; Illoquitato sub die 27. Martii 1658 affirmativa prodicatio confirmata sub die 1. Martii 1660. Deinde datum fuit aliud dubium, An competat res sub die 7. Iunii 1660. negativæ solutum, sed melius dilucidato, & reproposita causa sub die Martii 1661 recedendo à decisi resolutione omni retentione, atque hæc secunda resolutione amata fuit sub die 16. Martii 1662. coram eis vilia.

In his autem disputationibus duæ fuerint actiones, Una super puncto, an filii in conditione positi censeantur vocari, Et altera super competencia retentionis, ut suprà. Quatenus ergo patet ad primum, egomet, qui sustinet dictarum fororum allegantium vocationem in conditione positorum, admittendum fundatum in contrarium, constitudo fundatum in limitatione resultante a conjectura, & voluntatem præferentibus; Licet enim iniquiores nodoſa fuerit quæſtio ista super incelebris glossa in l. Lucius ff. de vulg. & pop. At in conditione positi censeantur vocari, arguedativa non improbabilis nütur fundatur. Attamen in foro, præfertim verò in Rota & Consilio, recipiētissima, & absoluta est negativa, hodiernis alia disputatione præsupponenda pro regulâ, ut inter forenses tyronicum reputetur alia disputationem hujusmodi quæſtionis, quæ net pabulum scholarum, & academiam prout rōnum ingenii exercendis.

Verum quia, sicuti recepta est regula, iam recepta, & absoluta est limitatio ex conditione in contrarium urgentibus, ut, tam obregis quam in limitatione patet ex collectis per Reg. 437. Hodie, controv. 10. 1. hec fuit dec. 96. Bore. add. dec. 385. Merlin. dec. 359. & 447. apud Coll. 145. in Camerinæ honorum 1. Julii 1614. Bore frequentem. Idcirco remanet ista quæſtio soluta & applicationis super conjecturam potest & efficacia, Circa quod, neque certa regulariter potest, ut generaliter sequitur in omnibus mensuris conjecturalibus, præfertim verò in ista fidelis missaria, cujus totum pendas a facti qualitatibus singulorum casuum particularibus circumstantiis, personarum, locorum, temporum, & qualitatibus bonorum, ex quibus in uno casu illæ conjecturæ abundant, in altero verò simili, identifico exēdem, ac etiam majores non faciant; Ideoque perpetuò contemplabilem

me fuerunt illi p̄tū pragmatici, qui cum decisionibus, vel consiliis, alioquin doctrinis aliquas conjecturas in suis casib⁹ approbantibus vel respectivè reprobantibus simpliciter procedunt, tanquam per speciem regulæ generalis cuicunque casū congru⁹; Dicere siquidem liberè absque aliqua exaggeratione possum, quod in hoc præsertim articulo filiorum in conditione positorum longè ultra centenarium causarum numerum tractavi, & tamen semper expertus sum diversimode judicandum esse ex diversa facti qualitate.

Applicando igitur ad hanc facti speciem, atque reflectendo etiam ad solam veritatem, credebam veritati in casu limitationis potius quam regulæ, unde propterè probabiles vītae fuerunt resolutiones; Ex eo potissimum fundamento, quod in Statu Veneto de consuetudine magis recepta est opinio affirmativa pro regula etiam sine conjecturis ut ceterant communitei DD. dicta Ditionis, præfertim Mantic. de conjectur. lib. 11. tit. 2. num. 2. & 8. Peregrin. art. 28. num. 2. Fufar. quest. 437. num. 4. & alii. Hinc proinde cum Ioannes Martinus testator esset de prefato statu, nempe Bergomensis, in Civitate Fulginatensi mortam trahens occasione negotiacionis, Atque in eadem patria testamentum considererit, exinde sequitur quod ad limites dictæ consuetudinis, hæc testamentaria dispositio intelligenda est, quoniam præsumptio est testatorem ejus voluntatem accommodasse statutis & consuetudinibus loci, in quo testatur; Idque adeo verum, quod licet hodie receptissimum sit, ut ad statutorum operationem requiratur utraque subjectio, personarum, & bonorum, atque una sine altera non sufficiat, ex plenè deductis, in celebri Narrien, coram Merlino inter suas decis. 353. 390. 429. & 453. alias decis. 177. 247. & 321. d. par. 5. recent. & decis. 329. par. 6. ret. & habetur plures in sua materia sub tit. de successoribus. Attamen in testamentis, Statuta vel consuetudines attenduntur etiam cum ratione subditis, & extra territorium, non quidem in ratione auctoritativa, ad quem effectum dicta utraque subjectio necessaria est, sed in ratione præsumptæ voluntatis testatoris, ut ultra generalia ibidem collecta, in his individualibus terminis vocationis filiorum in conditione positorum resulantis à statuto Urbis etiam in testamento forensi habetur apud Merlinum decis. 447. recent. decis. 355. par. 5. recent. numer. 11. cum sequent.

Altera erat vehemens conjectura receptissima plurisque canonizata, quod ad portionem morientis absque filiis vocati fuerint filii ex altero praemortuo superstites; Si enim testator vocare voluit istos filios in conditione positos ad portionem patrum, multò magis dicendum est, eos vocare voluisse ad portionem patris; Et his addebat aliae conjecturae generales, quæ sola & de per se non videntur sufficientes, sed bene cum aliis iunctæ magnificiendæ veniunt, ut sunt; Adjectio qualitat⁹ legitimorum & naturalium, cum ita constet testatorem abhoruisse etiam filios illegitimos, & adoptivos, seu alias fictos, ut est Monasterium, multò magis dicendum est abhortere voluisse hæreses extraneos; Ac etiam restrictio ad sexum masculinum, cum exclusione femininarum, Necnon reciproca inter primos hæredes; Atque vocatione stirpes, Ut de his, & similibus conjecturis habetur in suprà allegatis auctoritatibus, præsertim apud Add. ad Baratt. dicta decis. 381. & plenè in hujus causa-

decisionibus, quæ in hac materia circumferri solent, tanquam magistralis, potissimum vero dum agebatur de dispositione ascendentis, in qua receptissimum est minores desiderari conjecturas, quam in illa transversalis, ut in eisdem mox allegatis.

Quo vero ad alteram inspectionem super retenzione fideicommissario concedenda de bonis hereditatis gravati pro reintegratione fideicommissi, ob alienationes, vel dissipations ab eo factas, difficultas in prima propositione prodit ab illiquiditate, dum non constabat quid, & quantum importaret id, de quo fideicommissum reintegrandum erat, cum pro illiquidis non detur retentio, unde postquam liquidatio facta fuit, resolutiones procedebant de plano, cum non dubitetur in jure de præfactæ retentionis competencia, ut apud Peregrin. conf. 35. num. 11. lib. 3 apud Rojas decis. 367. decis. 328 par. 10. rec. & seq. & sic pariter ista quæstio fuit potius facti quam juris super dicta liquidatione.

Quinimodo advertebam pro meo sensu nimium rigore processum fuisse in desiderando illam omnimodā liquidationem, qua in quoconque tertio cum vito possidente desideratur ad effectum retentionis, cum in isto casu in quo fideicommissarius absque vito reperiatur in possessione bonorum, procedendū non videatur cum hoc rigore, juxta ea quæ habentur infra in Perusina fideicommissi de Vincioli & in Eugubina fideicommissi de Benamatis dico. 197. & seq & in aliis, & sic tam super uno, quam super alio punto resolutiones justæ, beneque fundatae videntur.

## ROMANA FIDEICOMMISSORVM DE MAVRELLIS

PRO  
IOANNE FRANCISCO  
CVM

CAROLO DE MAVRELLIS.

*Casus disputatus coram A. C. & resolutus  
pro Carolo Domitio deinde sopus per  
concordiam,*

Stante Statuto Vrbis quod filii positivi in conditione fideicommissi censeantur tacite ad fideicommissum vocati, An id procedat in filiis positis in conditione tacita resultante à dispositio- ne textus in l. cum arvus ff. de condit. & demonstr. & l. tum acutissimi Cod. de fideicommissis, Et ad materiam dicta rum legum.

LUCA  
de  
mentis  
cat.  
VI  
9